









1726.

1. Bererus, Dr. Iacchus : Animadversiones physico-medical
2. Pardes, Antonius : Impres legalia
3. Grauer, Georg Christophorus : Relationes bonorum, complices aquationis ad manus mortales persistantem probabilem.
4. Virilius, Georgus Fridericus et Pardes, Antonius : De ordine quorundam cretorum peculiari in cura.
5. Illerod, Jo. Henr. : de pulvinis sacris veterum Romanorum.
6. Fichtnerus, Joh. Georgus : Perifares suspenderatur, megni Diastambul, vel in crurina puniatur hinc marsupio secundatur
7. Fichtnerus, Joh. Georg : Do. do, quod justum est Circa cleves et claustra.



8.







*Q. D. B. V.*

*DE*

*1726,4*

*9.37. num. 23.*

*4*

**ORDINE  
QVORVNDAM CREDI-  
TORVM PECVLIARI**

*IN*

**CONCVRSV**

*EX STATVT. HAMBVRG.*

*PART. II. TIT. V.*

*MAGNIFICI*

**JCTORVM ORDINIS**

*INDVLTV*

*PVBLICE ATQVE SOLEMNITER*

*DISPV TABVN*

**GEORGIVS FRIDERICVS DEINLINVS  
PHILOS. ET JVR. DOCTOR**

*ET*

**ANTONIVS CORDES, HAMBVRG.  
J. V. CAND.**


*AD D. XXVIII. MAJI MDCCXXVI.*

---

*ALTORFII*

*LITERIS MAGNI DANIELIS MEYERI.*







## PRAEFATIO.

**P**aucis te volumus, L. B., instituti nostri rationem, quam potest fieri, brevissime explanaturi. Dignum, quae speciminis inauguralis loco ventilaretur, ex Jure Hamburgensem statutario, materiam scrutantibus, ex innumeris duplex nobis statim arrisit, quarum altera Temporum Legalium singularia ac praecipua, altera quodammodo peculiare ex Legibus Patriis ordinem in Creditorum Concursu exhibebat. Priorem quidem publicae ac solemini disquisitioni, pro gradu in utroque Jure summo, subjicere mox decrevimus. Interim tamen posteriorem siccō, quod ajunt, pede praeterire, religioni duximus. Tantus enim circa ipsum Creditorum Ordinem Doctorum dissensus, tot, tantaeque Legum ac Statutorum differentiae oculos animumque quasi obruebant, ut, qua stari, quae rejici sententia debeat, non ubivis in tuto positum esse deprehenderimus. Accedebat in primis, qui in Republica patria obtinet

tinet in concursu, ordo plane singularis, quem a Jure  
 communi et quam plurimis aliis provinciarum consue-  
 tudinibus, mirum quantum recedere nemo negabit,  
 qui Partis II. titulam V. dicti statuti penitus perspiciet.  
 Non igitur abs re, sed operae pretium esse putavimus,  
 si paulo altius in hanc materiam inquireremus, statu-  
 tum nostrum, pro nostro in patriam suavissimam amo-  
 re, qua fieri potest, solertia explicaremus, et vires no-  
 stras Dissertatione, inauguralement proxime antecedenti,  
 experiremur. Neque tamen viribus nostris nimium  
 confisi, adjutorem rogavimus, conflictusque Moderato-  
 rem D. D. DEINLINVM, Praeceptorem nostrum,  
 etiam sine titulis laudandum, cui nos quam multa de-  
 bere, publice et ingenue profitemur. Qui, cum petitis  
 nostris annuere non dubitaret, adminiculo isto sufful-  
 ti, laetas operi manus admovimus, ita quidem in ipsa  
 tractatione progressi, ut duarum, quibus constat, Sectio-  
 num prima, Generalia quaedam de Concursu et Ordine  
 Creditorum, altera, quid specialius in isto Ordine ex  
 Jure Hamburgensi a nobis observatum fuerit, publicae  
 exponamus luci. DEV M T. O. M. precamur, ut his,  
 aliisque nostris, honestum finem spectibus conati-  
 bus, clementissime semper favere velit. Abs te autem,  
 B. L. ut benignis laborem nostrum qualemcumque  
 intuearis oculis, maximopere con-  
 tendimus.

## SECTIO I.

SECTIO I.  
DE  
PROCESSV CONCVRSVS,  
ET ORDINE CREDITORVM  
GENERALIA QVÆDAM.

## S. I.



Rdinem Judiciorum in Germania, formamque procedendi, quicunque considerabit aequis oculis justus arbiter, facile animadverteret, frustranea haec tenus fuisse consilia, quae de emendatione celeriorique Justitiae administratione agitarentur Viri nonnulli ingenui, in primis ANTONIVS FABER <sup>a)</sup> BRVN NEMANNVS <sup>b)</sup> atque THOMASIVS <sup>c)</sup>. Tot enim tædia, tot corruptelæ, protractiones atque difficultates comitari solent causas etiam optimas, ut merito salutarem dixeris laudati FABRI sua sum de bona alioquin lite deferenda, & macri concordia pinguisimæ sententiae praefenda,

Dissensus Doctorum impedit administrationem justitiae.

A 3

a) In suo Consilio de Reformanda justitiae administratione, quod exstat in Cod. L. IX. Tit. 22.

b) Vid. in primis Praef. ad Proc. Civ. add. LVDOVICI Civ. Proc. cap. I. §. I.

c) Diff. eleg. de Emendatione admin. Just. neque fac. neque imposs. valde tamen difficult & caute instituenda. Add. ej. Diff. de Em. quibusd. Litium protract. in mater. Juram. & Disp. de Charact. & circumsp. Med. ad eund. tæd. process. vid. etiam in den. Juristischen Händeln P. II. in 4to n. 4. Das Bedenken über einen neuen Versuch/ die Langwierigkeit der Processe zu haben.

renda, quo collimat istud Martialis <sup>d)</sup>

*Et Jūdēx petit, & petit Patronus:  
Solvās, censō, Sexte, Creditorī.*

In causas hujus rei inquire penitus jam non licet, interim difficultates in processibus, si non augentur, alii tamen maxime per Doctorum crebriores, circa materias practicas, diffensiones, eo lubentius nobis concedetur, quo certius constat, dari non solum promiscuos contrariantum sententiarum propugnatores, verum etiam adeo juratos saepe inimicos, ut, quicquid uni placuerit, alteri fere semper displicuerit; Quam in rem unicum inter tot alia allegasse sufficiet exemplum, satis illustre, CARPOZIVI & FINCKELTHVSII. Ejusmodi Doctorum Practicorum diffensiones, de quibus conquesti sumus, si in ullo processus genere, sane omnium frequentissime in Processu Concursu Creditorum <sup>e)</sup> occurrente, nemo inficias it, qui specialiter in illum commentatos autores <sup>f)</sup> fugitivo saltem oculo perlustraverit. Vix suspecturae essent hae paginae, Dissertationi Academicae destinatae, si tantummodo per modum Indicis, vexatas hujus processus controversias enumerare vellemus. Non possumus autem non,

Frequentissime  
occurrunt  
in Processu  
Concursu  
Creditorum.

<sup>d)</sup> Epigr. L. II. Ep. 13.

<sup>e)</sup> Varias denominations sortitus est hic processus: In Pomerania dicitur Concursus und Oblations-Proces. Alias Crida und Erfügheit-Proces, a publicis & ecclesiasticis citationibus, quod derivatur a Gall. voc. Criée. Ital. Grida. vid. DV FRESNE, ALCIAT. REBFV. &c. all. ap. BRVNN. de Proc. conc. Cred. c. 1. §. 1. ibique STRTK. & LVDOV. in Concursu Process. c. 10. §. 3. Denique dicitur etiam Gant-Proces, a voce Ver- gantzung / b. e. Subhaftatio. BESOLDVS & SPEIDELVS h. v.

<sup>f)</sup> Potiores recensuit, subjuncte ubique egregio Judicio, LVDOVICI cit. lib. Praef. Quibus addendi LVCAS MELONIUS, HERMANNVS METER, OTTO HENR. MTLIVS, GE. HENR. SPRINGSFELD, PAVLVS VA- LENTINI, ACOSTA & LÄTTERBACH.

non, quin brevissimis indicemus, quam acriter disputatum fuerit circa quaestiones : An & quoique Creditori alicui a debitore satisfieri possit , moto jam concursu , vel etiam ante eundem *g*) ? Quale forum agnoscendum in Concursu Creditorum *h*) ? An Clericus Creditor a Judice seculari citari queat *i*) ? Utrum initium moti concursus di-judicandum sit ab emissâ citatione Editali , an vero a cessione , facta a debitore *k*) ? An mulier , vel etiam ipsius defuncti debitoris uxor , possit esse curatrix bonorum *l*) ? An contradictor possit Juramentum deferre Creditori *m*) ? An punctum liquidationis conjungere liceat cum puncto prioritatis *n*) &c. Inter has vero , similesque hujus farinae disceptationes , potissimum eminent , numerumque prorsus superant eae , quae super ipsa prioritate , seu ordine

*g*) Vid. MEV. P. VI. Dec. 105. STRTKII Responsum , quod exstat in Caut. Contr. Sect. IV. c. I. §. 10.

*h*) SCACCIA de Judiciis L.II. c. 34. n. 43. debitori electionem concedit , quem alii sequuntur , & forsitan etiam CARPZ. P. I. c. 28. d. 9. n. 2. GAILIVS L. II. Obs. 130. n. 13. seq. forum domicilii solum agnoscit , vid. STRTK. not. ad BRVNN. c.l. c. 1. §. 2. MART. O. P. SAX. in Analect. T. XLI. §. 1. n. 21.

*i*) Negat MARTHA de Jurisd. P. IV. Cent. II. Cas. 123. Affirm. SALGADO de SAMOZA Labr. Cr. P. I. c. 6. Conf. BRVN. c. 2. §. 5. ibique STRTK. & ad c. 1. §. 2. ibi quoque defisco. LVDOVICI c. 1. §. 12. MART. O. P. S. Analect. T. XLI. §. 1. n. 29.

*k*) Conf. MEV. P. VI. Dec. 104. LVDOVICI c. 1. §. 14.

*l*) Affirmat BRVNNE M. c. 1. §. 11. Negat. LAVTERBACH. Comp. ff. tit. de Cur. bon. dando p. 588. Conf. LVDOV. c. 1. cap. 4. §. 4.

*m*) Negat. hoc BRVNNE M. c. 3. §. 13. sed affirmare videtur LVDOV. c. 1. c. 7. §. 4.

*n*) Affirmat. MEV. J. Lub L.III. T. I. A. 11. n 115. seq. Negat. BRVN. c. 4. § 2. Quod CARPOVIVM perperam pro sua sententia allegaverit MEVIVS , adstruit LVDOVICI c. 1. c. 8. §. 3. qui cap. 4. medium eligit opinionem , cum quo convenit STRTK. ad BRVNNE M. c. 1.

De Scriptore  
Polemico An-  
thonio a Ma-  
ra.

ordine specialiori, quemadmodum inter Creditores, ita etiam inter ipsos Doctores, frequentissime oriuntur. Non opus esse videtur, ut cum MARTINI <sup>o)</sup> ad DAN. MOLLERVM provocemus, qui de illis jam suo tempore conquestus est; neque ad IO. KOPPENIVM, qui iisdem non dari alias frequentiores, easque, in Curiis Germaniae, hodie tam familiares esse, afferuit, quam obscurum in prandio. Allegabimus in hanc rem Vnicum Scriptorem, vere Polemicum, & stricto quasi gladio, ubivis reliquorum sententias palam & audacter oppugnantem, ANTHONIVM A MARA vel, qui sub hoc nomine latet, ELIAM SCHNEGAS, cuius Tractatus, *de Concurso Creditorum in foro Civili formando*, nemini potest esse ignotus. Totus in eo fuit dictus auctor, ut ordinem & classes creditorum in concurso, nova, & ut ipse de se magnifice loquitur in Epilogo <sup>p)</sup>, multo accuratori, quam ante ipsum ullus alius, methodo constitueret, relectis, & quasi fulminis iactu prostratis omnibus omnium aliorum Doctorum <sup>q)</sup> sententiis, praxilicet communi optime firmatis. Quamobrem aliter fieri non potuit, quam ut in omnibus ac singulis dicti Tractatus paginis, plus simplici vice occurrerent superbae istae exclamations: *Errat CARPOZOVIVS, errat HOTOMANVS, errat HABERKORNIUS, errant GAILIVS, BERLICHIVS, BARTOLVS, PANORMITANVS, EVERHARDVS,*

<sup>o)</sup> Ord. Pr. Sax. T. XLI. ad rubr. n. 4. ibique alleg. CARPZ. et RICHTER.

<sup>p)</sup> Epilogus hic maxime oppositus fuit ab Auctore, Judicio contra ipsum Iato, in Actis Eruditorum Lipf. Utrum bene, an male se defendit, videant alii.

<sup>q)</sup> Legi hunc in finem meretur Rubrum ipsius tractatus, ubi jam insignerum fastum, insimulque exemplum Paedantismi luculentum monstravit.

HARDVS , MEYRERVS , MEVIVS , in primis vero & ubivis , errat STRVVIVS &c.) Ulterius de hoc Viro Judicium Lectori relinquimus , quibus sufficit , hic loci monstra atque probasse , dari ob frequentissimos Doctorum dis- sensus , circa ordinem , & ut loqui amant , Classificationes Creditorum in Concurso , gravissima , pene innumerabilia & perpetua dubia , quae processum ipsum non possunt non reddere difficultem , vexationibusque & altercationibus plenum .

## §. II.

Quodnam igitur , in hoc controverso rerum statu , optimum sit consilium , nos sane prolixiore sermone definire , nec volumus nec audemus . Interim nobis simplicissimum & planissimum optimum esse videtur , quod etiam suppeditare videtur , STRVVIVS non errans ; videlicet , post habitis Doctorum altercationibus , primario leges esse inspiciendas , nec cuiquam facile privilegium contra earum tenorem indulgendum ; Deinde statuta locorum cum consuetudinibus probe esse attendenda , denique genuinam ipsorum Judiciorum , ibi vigentium praxin s) diligentissime considerandam . Haec quemadmodum

B

Optimum Consilium: Inhabere post II. statutis, praxi; quae interdum singula ria disponunt.

r) Hic praecipuus fuit inimicorum SCHNEGASII ; hinc filius ejusdem celeb. B. G. STRVVIVS , cum adhuc in Academia Francofurtana degeret , defensionem parentis , torties a SCHNEGASIO petulanter laecliti , in se suscepit in STRVVIVO non errante , Francofurri ad Viadr. 1690. sed tantum abfuit , ut praelium desereret , ut potius novis ietibus peteret STRVVIVM , in Tr. STRVVIVS adhuc errans . Verum maluit STRVVIVS latratus hos contempnere , quam aethiopem lavando , oleum et operam perdere .

s) Loquimur de Praxi Genuina , in foro et stylo Curiae fundata , Conf. STRTK in Introd. ad Prax. cap. I. §. 7. et in pec. Diff. de Stylo Curiae . Reсте igitur Auctores Act. Erud. Lips. in SCHNEGAS. taxarunt , quod inter Errores Auctorum , qui de Concurso scriperunt .

modum in causis quibusvis dubiis, ita certe, in casu imprimis nostro, utramque paginam facere, nemo negabit, nisi, qui statibus Imperii, cum ARTHVRO DUCKIO, t) legislatoriam potestatem, contra Jus communne denegat, vel qui ignorat, multa esse in Processu Concursu capita, quae in Jure Civili Rom. perperam & frustra quaeruntur, quaeque non aliter, quam ex consuetudinibus Imperii, & statutis, nec non ipsa fori praxi supplenda sunt u). Et quod in specie statuta attinet, vix unicum eorum produci poterit, quod in materia de ordinandis in Concursu Creditoribus, non solum per clariores dispositiones, dubiis, ex dissensu Doctorum forsan emerguris, aliquo modo non obviam iverit, vel ordinem ipsum pressius

pserunt, et quos omnes refutare conatus est, numeraverit ea, quae isti, ipsa Praxi, optima LL. interprete freti assuerant. Quae irritatus SCHNEGAS Auctoribus A. E. ad haec respondit in Epilogo, absque risu legi non possunt. Inter alia ita loquitur: „Praxis „Judicium, si non ex Jure, sed contra Jus in Judicium est introducta, non est praxis, sed corruptela, c. 11. X. 1. 4.

„Praxis, quae contra Jus et Justitiam obtinuit, quo diutius duravit, eo est, perniciosior. Nam diuturnitas temporis non diminuit peccata, sed auger, c. 8. X. 5. 3.

„Judex, qui secundum praxin contra Jus judicat, ex injusto, facit justum, ex iniquo aequum, ex illico licitum, contra L. I. §. 1. ff. I. 1. super quo DEUS per Prophetam vale exclamavit, Es. I. v. 23. Judex, qui suam auctoritatem et praxin, Justitiae praefert, diabolo ministerium praefast, aedificat ad Gehennam, et mercedem infernalem accepturum esse auguror, &c.

2) Allegato et refutato a THOMAS. in Diff. de Stat. Imp. potest. Leg. contra Jus Commune.

u) Exemplum praebet praerogativa mercedis famulorum, quae frustra ex Juris Civ. dispositione, bene tamen ex Jure Saxonico Communi in praxi recepto deducitur. LVDOV. Concurs. Proces. cap. X. §. 16.

pressius definiverit; sed etiam, quod non saepius pecunia quædam circa eundem constituerit, seriemque, quam vel Jus commune, vel Provinciarum consuetudines, vel ipsa praxis alias determinaverat, hinc inde, prout istud salutare Reipublicae fore, visum fuit conditoribus, mutaverit, aliterque disposuerit. Exemplo esse potest Statutum Patrium Hamburgense, quod in primis in VI. passibus circa Ordinem, secundum quem Creditoribus in Concurso satisfaciendum, a Jure communī & multis aliis statutarīis palam recedit; quas sex differentias, ea qua fieri potest, accurate explicantas, pro scopo primario hac Dissertatione sumsimus. Quo autem illum ipsum eo rectius facilius que affequi queamus, ante omnia necesse erit, ut prius duas quaestiones praiejudiciales excutiamus:

- I. Quot & quae classes in Concurso sint consti-  
tuendae?
- II. Cuiusnam fori praxis in Ordinandis diversis Credi-  
toribus sit responienda?

### §. III.

Quilibet videt, has quaestiones praiejudiciales ipsum Dissertationis thema tam proxime afficere, ut, iis non excussis, hoc ipsum in nuda narratione subsistat, mane atque obscurum. De utraque igitur paucissimis dispi- ciendum; Et quod primam attinet, dum quaeritur, *quod classes sint conficiendae?* primo intuitu hic deprehendimus tot fere sensus, quot capita, & tot classes, quot Auto- rum, statutorumque dispositiones. Ex Francofurten- sium ad Mœnum Statuto P. I. T. XLIX. Decem resultant Creditorum Classes, quarum dispositionem vide sis apud MARTINI x). Supra saepius allegatus ANTONIUS

x) In Comment. ad O. P. S. tit. XLI. §. 2. n. 10.

Duae Quaestio-  
nes praiejudi-  
ciales praemittuntur

Prima, quo &  
quae classes in  
Concurso con-  
stituendae,

Variae disposi-  
tiones & opi-  
niones



A MARA seu SCHNEGAS <sup>y)</sup>) Octo classes nova methodo , ut ipse gloriatur , z) exhibuit . MEVIVS <sup>a)</sup> in sex classes distribuit creditores , in quarum prima locantur ii , qui res suas vindicant . Jus Lubecense <sup>b)</sup> quatuor tantummodo eorundem cohortes constituit , quarum prima est eorum , qui Jus , omni privilegio potentius , habent ; secunda priuilegiorum , tertia hypothecariorum , quarta communium seu chirographariorum . Has dispositiones omnes JCtus FRANTKIVS <sup>c)</sup> ad tres reduxit classes : quae tamen methodus , fatente LVDOVICI <sup>d)</sup> , non quidem irregularis est , magis tamen theoreticum , quam practicum usum praefstat . Recte tamen communem in hac re opinionem <sup>e)</sup> dicere possumus eam , quae creditores in quinque classes dividit , & quae in variis ordinationibus processualibus <sup>f)</sup> confirmata & probata legitur . Hic I. conspiciendi veniunt , singulare fruentes praerogativa : II. Personaliter privilegiati , insimul que Hypothecarii : III. Nudi Hypothecarii , jureque quidem reali gaudentes , sed personali privilegio destituti : IV. Personaliter tantum privilegiati : & tandem V. nudi Chirografa-

y) De Conc. Cred. Lib. II. per tot.

z) In all. Epilogi . Sed iam olim in Foro Sax. Octo constitutas fuisse classes ab Elect. AVGVSTO , MARTINI perhibet c. l. n. 2.

a) Disc. Lev. inopum debit. c. 3. n. 172. seqq.

b) P. III. tit. 1. a. 11. ibique MEV. n. 28. & 29.

c) Comment. ad ff. tir. qui pot. in pign. Conf. MART. c. l. n. 9.

d) In der Einleitung zum Concurs - Procesc. c. 10. §. 8.

e) Doctores v. g. CARROCIVM , NEGVZANTIVM , WESENBECCIVM , GAILIVM , CARPZOIVM , BERLICHIVM , RICHTERVM , aliosque allegatos V. ap. MART. c. l. add. BRVNNEM. d. Proc. Conc. Cred. c. i. §. 4. seqq. Struv. Exerc. ad ff. XLIV. th. 46. et 47. LVDOV. c. l. §. 9.

f) v. g. Magdeburg. Saxo-Goth. Lusat. Super. Bohem. impr. Sax. Elect. tit. XLI. §. 2. vid. ibi MARTINI c. l. n. 3. seqq.

rographarii. Quamquam autem haec creditorum divisione, ob numerum consentientium, non inique communis appellari queat, nemo tamen sibi persuadeat, necesse est, hanc ipsam opinionem ab omnibus difficultatibus ac dubiis prorsus esse immunem. Profecto, praeter Ordinationes processuales, inter JCtos, quoad quinque classium constitutionem alias unanimes, acerrime disputatur, quisnam locus iis sit relinquendus, qui *Jure Domini res suas*, in bonis debitoris (v. g. deponens rem depositam) exstantes, vindicant? Quidam omnium primo hos collocant in prima classe, &c., ne deinde sex classes constituisse videantur, creditores primae classis supra recentifos conjugunt cum classe secunda; ita MEVIVS & BRYNNEMANNVS<sup>g</sup>). Alii Eosdem in prima classe, cum iis, qui singulari gaudent praerogativa, congregant; Ita variae Ordinationes Processuales<sup>h</sup>), & inter Doctores imprimis CARPOVIUS<sup>i</sup>) & ECKOLTUS<sup>k</sup>). Alii denique ab omni classificatione, hos rerum Dominos excipi debere asserunt, eosque a Creditorum numero plane separant, ne forsan eminentia Juris in re, & dominii, cum obligationibus, ex Jure personali quodam descendantibus, sinistre confundantur. Ita STRUVIVS<sup>l</sup>), LUDOVICIM<sup>m</sup>), LAVTERBACHIVS<sup>n</sup>), & forsan alii plures.

B 3

His

g) Ille in Lev. Inopum debit. disc. cap. 3. n. 172. hic in pr. Conc. Cred. cap. 5. §. 4. seqq.

h) v. g. Ord. Proc. Magd. c. 49. class. 1. §. 1.

i) P. I. c. 28. d. 12. fq.

k) ad ff. tit. de reb. Auct. Jud. Poff. §. 4.

l) Exerc. XLIV. th. 46. sq. qui inter tot dissensus ab ANT. A MARA five SCHNEGAS, nihilominus in hac re cum eo contentit mirifice.

m) c. 1. cap. IX. per tot. ubi §. 1. propter hanc separationem omnibus antefert SCHNEGAS. add. c. 10. §. 9.

n) Comp. Dig. tit. d. reb. auct. Jud. pols. p. 585.

## §. IV.

Responsio pri-  
ma ad quaestio-  
nem primam.

His omnibus ita a nobis propositis , opus erit , ut  
quam sententiam , cum quoad numerum , tum quoad  
modum constituendarum classium , nos amplectamur ,  
brevissimis expediamus . At enim vero , si dicendum ,  
quod res est , inficias ire non possumus , latere , si in ulla  
alia re , certe in hac ipsa , insignem aliquam Logoma-  
chiam , Doctoresque , in definiendis diversimode hisce  
negotiis , magis exercuisse ingenium , quam utilitatem  
aliquam re ipsa & in effectu , sive theoriam respicias , sive  
praxin , praestitisse . Nam quod primo numerum clas-  
sium concernit , vix ulla inter interpretes controversia ,  
notatu digna & feria , circa ipsum Ordinem Creditorum  
NB. generaliorem , Jure Communi , praxique confirma-  
rum , unquam orietur . Sic v. g. omnes facile consen-  
tiunt , Magistratum ratione expensarum & sumtuum Ju-  
dicialium , in Processum Concursus factorum , der Gant-  
Kosten / omnibus reliquis creditoribus anteferri . Omnes  
consentient , quod creditis ad consequendas dignitates  
reales , & fisco , ratione debiti primipilaris , postponenda  
sit uxor ratione dotis illatae ; & quae sunt alia . Si igitur  
haec omnia recte se habent , quid opus est classibus ? &  
cui usui adhibentur ? sive tres statuas , seu quinque , seu  
decem ; Utrum v. c. sumtus processus , cum dote uxori  
in una classe coniungas , an a se invicem distinctis  
classibus separes , sane unum est idemque . Sufficit , Ma-  
gistratum primo in ipso Ordine vocari , ipsique prius satis-  
fieri , deinde demum uxori . Neque etiam modus , quo  
concurrentibus Creditoribus satisfit , necessitatem clas-  
sium constituendarum nobis persuadet . Nam extra  
omnem dubitationis aleam positum est , ideo non  
coniungi in una Classe creditores , ut suum pro rata  
o fin-

¶ 15. ¶

o) singuli consequantur , sed hunc vel illum alteri , ex eadem licet classe , nihilominus in totum praeferri , prout praerogativa , vel ordinis , (ex gr. in debito fisci primipilari & dote) vel temporis , (e. g. in dote , debitibus fisci , ex contractu &c.) postulat ; Quae omnia & concedunt , & latius exponunt MEVIVS p) BRVNNEMANVS q) & LVDOVICI , r). Rebus ita comparatis , nemini amplius obscura videbitur ratio , cur inanem dixerimus disceptationem de numero classium , omnibusque facile apparebit , cardinem rei redire ad Ordinem , in uno contextu , absque omni ulteriori classificatione , recte , legitimateque , secundum Juris praescriptum , a Judice constitendum . Quod , si igitur forsitan consuetudines s) , Statuta t) , vel praxis cuiusdam loci quoad dictum Ordinem quaedam mutaverint , exinde emendandus ; Imo , si manca sint statuta , neque tamecum expresse Juri communi contradicant , ex hoc omnino supplendus erit u) . Unius enim inclusio non est alterius exclusio , & quae non reperiuntur abrogata , iis stare oportet . Possemus , praeter eas rationes , quas haec tenus pro infringenda classificationis necessitate adduximus , varia etiam statutorum exempla producere , ex quibus , omissa omni classificatione , creditores tantum legali

o) Excepta sola chirographariaiorum simplicium turba.

p) ad Jus Lub. L. III. T. I. a. 11. In statutis , atque aliis dispositionibus , inquit , ex Ordine Literar. Jus praelationis arguitur , et ex nominatis , qui prius nominatur , jure prior esse debet .

q) de Conc. Cred. cap. §. 38. fqq.

r) c. l. §. 27. 46. 65.

s) vid. supr. §. 3. lit. C.

t) quod praeprimis in Sect. II. de statutis patriis probandum nobis incumbet.

u) Rationes et exempla egregia suppeditat MEVIVS ad Jus Lubec. L. III. T. I. a. 11. n. 33. et 34. et a. 12. n. 71.

legali suo ordine recensentur. Sed sufficiat, in praesentiарum nominasse tantum Statutum Patrium Hamburgenium <sup>x)</sup>: Quanquam nec ipsam Cameram Imperialem classes ejusmodi certas ac definitas habere, auctor sit MARTINI <sup>y)</sup>.

## §. V.

Responsio  
altera ad Quae-  
stionem Ima...

Probavimus, Logomachiam involvere quaestio-  
nem: Quot classes in Concurſu ſint conſtituenda? Jam  
nobis probandum erit, eandem latere Logomachiam in  
diſputatione de rerum Dominis, in claſſum Ordinem redigen-  
dis, vel ſeparandis, de qua diximus §. 3. in fine. Scilicet  
expediti indubitatique juris eſt, rerum Dominos, v. g.  
Deponentes, comodantes &c. res suas exſtantib[us] ubi-  
que vindicare, adeoque, moto creditorum concurſu,  
præ omnibus reliquis eadem recipere poſſe. In fron-  
te igitur ſemper apparent hi rerum Domini, five M E V I I  
& B R V N N E M A N N I, five C A R P Z O V I I & E C C O L T I, five S T R V-  
I I I & L V D O V I C I &c. ſententiam amplectariſ. Qui igitur  
Jure & cum ratione diſtentire dixerit eos, qui in mo-  
do, fine & effectu, ad unum eundemque Scopum colli-  
mant, ſola denominandi ratione inter ſe diſcrepantes.  
Quando igitur L V D O V I C I <sup>z)</sup>, S C H N E G A S I V M <sup>a)</sup> im-  
primis ſecutus, eiusdemque argumentis uſus, urget,  
plane non pertinere in Creditorum numerum rerum Domini-  
nos; confundi non debere Jura realia &c personalia; aliud  
eſſe ex Contractu agere, aliud rem vindicare; Creditores  
con-

<sup>x)</sup> P. II. T. V. Conſpirat et in hac re Reform. Norica. T. XXII.

<sup>y)</sup> Ord. Proc. Sax. Tit. XLI. a. 2. n. 8. ibi: Tandem de Jure Communi, inquit,  
quod et Camera Imperialis et Sunnum Tribunal Regium Wismariense  
fequitar, claſſes illiusmodi certae non ſunt, earumque ab interpretibus mul-  
tiplices referuntur, ut videre licet apud VINC. C A R R O C I V M &c.

<sup>z)</sup> loc. ſaep[er] cit. cap. IX. §. 1. 2.

<sup>a)</sup> Cujus totus Lib. I. huc pertinet.

concurrere, ut ex bonis debitoris ipsis satisfiat, dominos vero res suas petere, & quae sunt similia; facile responderi potest, in aliis quidem Juris articulis has distinctiones suas exferere vires, at in hac materia, si vocum certamen excipias, prorsus nullum usum praestare, modo in eo conveniamus omnes, primum locum dominis, in ordine concursus ob sublime Jus in re, quo gaudent, esse relinquentum. Nemo praeterea asserere audebit, posse hos rerum dominos, post motum concursum, res suas, in bonis debitoris existentes, & in generale inventarium recte relatas, ex massa, propria & privata auctoritate, occupare vel vindicare, neque ideo Judicis, in causa concursus competentis, auxilium, eo, qui reliquis creditoribus incumbit, modo, esse implorandum. Sane petere debent, quod L V D O V I C I non diffitetur, verbis: *Welthe an den Schuldner Anspruch und Forderung haben.* Neque ab onere probandi, coram Judice suscipiendo, praे alii Creditoribus sunt immunes, consequenter in sententia, super prioritate concepta, iidem quoque exprimi debent cum aliis Creditoribus. Ex quibus omnibus fluit, non posse commode separari rerum Dominos a turba reliorum creditorum. Notum enim est, praxisque testatur quotidiana b), etiam *ante illos*, salarium Curatoris, & Contradictoris, quaeque in totum processum, in utilitatem omnium, qui aliquid ex massa praetendunt, erogata fuerunt, collocari. Haec cum ita sint, uti esse demonstravimus, quem fugit, aperte fieri commixtionem eorum, quae antea tam solcite separata fuerant, ab omnibus, uti loquuntur, classibus? dum rerum Dominos,

C

non

b) conf. imprimis B R V N N E M. c. l. §. 4. in fin. Haec enim credita non tam intuitu debitoris, quam potius ipsorum Creditorum spectanda sunt.

non obstante separatione , post sumtus processus , die GerichtsUlfosten , in primam classem iam relatos , c) nihilominus infarcire , necessitas urgeat inevitabilis ?

## §. VI.

Quaestio II da. Superest , ut tribus , quod aiunt , verbis de altera Cuiusnam fori quaestione praefudiciali agamus : Cuiusnam scilicet fori prae-  
praxis in Ordinandis diversis Creditoribus , sit consideranda , si  
creditoribus sit forte concurrant duo ; quorum mores , circa Ordinis rationem ,  
respicienda ? a se invicem discrepant ? Jam supra §. 2. notavimus , con-  
Responso re- sponsivo firmata. troverti inter Doctores , ad quodnam forum in genere  
pertineat causa Concursus Creditorum ? Veriore tam-  
en , & in praxi ubivis fere receptam opinionem esse  
eam , quae huic processui forum generale tribuit , ubi ra-  
tione domicilii debitor iurisdictionem agnoscit , nemo ne-  
gabat , qui rationes recte subducit . Ast vero pertinet hoc  
forum in genere ad instruendum processum concursus , non  
item promiscue ad Ordinem , secundum eiusdem consuetu-  
dines & praxin disponentium , ubi interdum ad forum do-  
mesticum , interdum ad forum rei sitae respici solet . Quapropter  
quaestio proposita , non aliter , nisi adhibita distinc-  
tione , decidi poterit , utrum controversia sit de bonis  
debitoris mobilibus , an vero de immobilibus . Posteriori casu  
non ad fori domicilii consuetudines , sed fori rei sitae atten-  
di notorii Juris est , quod asserit , praeter alios , LUDOVICI d) ; Priori vero , licet alibi sita sint bona , nihilominus talis ordo inter Creditores servandus , qualem statuta  
& mores fori domicilii servandum praecipiunt . Casum ,  
rem apprime declarantem , proponit CARPOVIVS e) :  
Mercator Hamburgensis , aere alieno gravatus , decesse-  
rat ,

c) LVDOV. c. l. cap. X. §. 11.

d) c. l. §. 10.

e) P. I. c. 28. d. 9. Add. MEV. ad Jus Lub. L. III. T. I. a. II. n. 26.

rat, eiusdemque Creditores super merces, quas Lipsiae positas habebat, arresta impetraverant. Concursu morto, statim de prioritate disceptabant Creditores: Quo facto dubitabatur, num secundum statuta Hamburgensia super prioritate iudicandum, an vero secundum Constitutiones Electorales, quae Lipsiae vigent? Judices tali casu a statutis Hamburgenibus neutiquam recedendum esse arbitrabantur, quia hic de mobilibus bonis, seu mercibus f) sermo esset, quae semper censemur esse sub Jurisdictione fori domicilii. Nam si in successione mobilium, statuta domicilii attenduntur, licet alibi sita fuerint; quidni etiam in assignatione & adiudicatione, Creditoribus facienda, pro debiti exsolutione. Hinc factum, ut sententia subsequetur huius tenoris: Und werden bezahlt erstlich die Schwerdf. Wittib und Erben 1800. Rthlr. vermöge der gerichtlichen Hypotheque, und der Stadt Hamburg Statuten sc.

## SECTIO II.

*DE*

### CREDITORIBVS QVIBVSDAM, EX STATVTO HAMBVRGENSIVM PECVLIARI ORDINE COLLOCATIS.

#### §. I.

Præmissis generalioribus nonnullis, circa Ordinem, ubi statuta nihil in Concursu Creditorum constituendum, capitibus, disponunt Juri Communis standum.

C 2

nobis

f) vid. DAMHOVD. HILLIG. et HEIG. cirt. a BRVNNEM.  
Proc. Civ. c. g. n. 9. in fin. ubi disquiritur, quatenus merces partim inter res mobiles, partim immobiles referantur.

nobis observare licuit peculiaria , progradimur . Ordinem ipsum nobis sistit Partis II. totus Titulus V. et quidem 17. distinctis articulis . Neque tamen hic , supra jam Sectione Priori §. 4. ex MEVIO inculcata repetere juvat atque applicare . Nemo enim non videt , quod , licet ex Ordine , in Statutis servato , ipsum Jus prioritatis dijudicandum sit , nihilominus , ubi eadem silent , defetus ex communi Jure supplendi sint . Itaque , quando statuta patria in adducto titulo V. nullam prorsus mentionem injiciunt sumtuum Judicialium , salarii Curatoris , eorumque , quae in utilitatem ipsius massae & totius concursus erogata fuerunt , item rerum , Jure Dominii ad alios pertinentium ; haudquaquam concludendum esse remur , Jure nostro quicquam in hac re mutatum fuisse . Manent iis ea , quae a Jure communi , aequissimaque praxi obtinuerunt , privilegia ac praerogativaे , consequenter omnibus , dicto titulo expressis creditoribus omnino preferuntur . Id , quod & in ceteris passibus semper & ubique subintelligendum esse , semel adhuc monuisse sufficiet . Ad ipsam igitur rem nos convertimus , ad Ordinem scilicet , quem statutum inter nonnulos Creditores servat , plane peculiarem , & a Jure Communi , praxique diversorum aliorum locorum oppido recedentem . Deprehenduntur autem sex potissimum differentiae , sive sex distincti Creditores , quibus singulis peculiare locum assignavit Jus statutarium : Et I. quidem Creditor , cuius nomen in libro , publica fide munito , consignatum . II. Creditor mercium , quae adhuc existant in bonis fugitiivi debitoris . III. Locator aedium , ratione pensionis . IV. Ille , qui alimenta unius anni praestitit . V. Locatores operarum , pro exstruendis vel reficiendis aedibus , navibus &c. Denique VI. uxor ratione

tione dotis illatae. De singulis sigillatim agere instituti  
ratio postulat.

## §. II.

Ad primum, quod attinet, notum est, Hypothecas dispeci in publicas atque privatas; illasque dici, quae vel judicialiter, hoc est, instrumento a Judice confirmato, per impetracionem ipsius debitoris *a)*, vel Jure communib<sup>e</sup>) etiam trium testium (qui masculi, integræ fidei esse, & manus suas in Judicio recognoscere debent *c*), subscriptione constitutæ; Has, quando res privatim vel per conventionem, vel per ultimam voluntatem creditoris oppignorantur *d*). In concurso autem harum diversarum Hypothecarum *e*) valet regula vulgaris, quod publica & judicialis posterior praeseratur privatæ, licet priori; et in concurso unius generis Hypothecarum, illa, quod prior tempore potior sit Jure *f*), nulla ulteriori adhibita distinctione, sive pignus tacitum sit, sive expressum &c. Quoad praxin harum regularum nihil fere mutarunt aliae locorum consuetudines atque statuta. Postponuntur enim sibi invicem, eo, quo diximus, modo, privatae publicis Hypothecis, posteriores prioribus. Omnes vero in genere Hypothecarii sequuntur regulariter eos, qui ad emendam rem immobilem pecuniam suam, reservata sibi Hypotheca, crediderunt, vel, utiloquuntur, secundum

C 3

dum

*a)* RICHTER. de Priv. Cred. d. 9. lim. BVRNNEM. de Proc. Conc. Cred. c. 5. §. 53. ibique STRTK.

*b)* L. C. qui pot. in pign.

*c)* GVT TIEREZ L. III. Qu. 102. n. 2. sq. BVRNNEM. c. I. §. 45. et 46.

*d)* L. 26. pr. ff. de pign. act.

*e)* vid. tamen TEXTOR Disp. de Concurso Hypoth. ex Instrum. publ. et priv.

*f)* L. 2. et 4. C. qui pot. in pign. LVDOV. C. X. §. 48.

dum communem opinionem , post classem secundam , statim ab initio Tertiae collocantur . Nec *Jus Lubecense* re ipsa differt ab eo , quod Juris communis est & haec-  
nus a nobis propositum *g*). *Jus Saxonum* *h*) paulo so-  
lemnius in constitutione Hypothecarum publicarum ver-  
sandum esse praecepit . Sive enim quaeras de effectu pi-  
gnoris , quoad producendam actionem Hypothecariam  
adversus debitorem vel tertium pignoris possessorum ;  
sive , quoad privilegium praelationis in concursu plurium  
**Creditorum** , expeditum est , bonorum immobilia *i*)  
oppignorations haud subsistere , nisi *Judicis seu Magistra-*  
*tus ordinarii auctoritate fuerint corroboratae atque muniteae* , non  
sufficientibus trium testium subscriptionibus &c . Ratio-  
nem hujus requisiti suppeditat ipsa cit . Confit . verbis :  
Und dieses hat vernünftige Ursachen , damit ein Gut nicht vio-  
len versezt , und also die Leute betrogen werden , quae ratio adeo  
nec nobilibus nec mercatoribus exemptionis beneficium  
concedit , uti probatum ivit CARPZOVIVS *k* ) . Haec Juris  
Sax . dispositio Hypothecarum Judicialium naturam qui-  
dem mutavit , non vero effectum , dum locum ipsum in  
**Concursu Creditorum** prorsus in priori statu atque im-  
motum reliquit & eiusmodi Creditores , hypothecam iu-  
dicialem habentes , nulli privilegiato Creditori anteferre  
conata fuit . Quod , si autem statuti nostri Articulum I.  
cit . Tit . V. inspiciamus , tanta ab omnibus modo recensi-  
tis ,

*g*) L. III. T. I. a. 12. ibique M E V. n. §3. sq.

*h*) P. II. c. 23. add. lit. R. L. I. art. 8. CARPZ. d. 1. sq.

*i*) De mobiliis et iuriis oppignoratione itemque de praelationis jure  
harum Hypothecarum ex Jure Sax . vid. latius CARPZ. c. l. d. 7. 9.  
add. STR TK. ad BRVNNEM. c. l. c. 5. §. 45.

*k*) ad d. confit. d. 1. n. 10. et d. 2. De Harmonia quarundam aliarum  
Ordinationum Proces . vid. LVD. C. I. §. §1. et §2.

tis Juribus, differentia oculis nostris primo intuitu obversatur, ut tuto afferere audeamus, nullibi locorum talem insignem praerogativam Creditis, publica utut fide munitis, unquam concessam apparere. Ibi enim eiusmodi creditis, die vor dem Rathē verlassen, und in das Stadt-Buch verzeichnet worden <sup>l)</sup>, ea tribuitur qualitas, ut non solum omnibus reliquis oppignorationibus, quoquo nomine veniant <sup>m)</sup>, sint potiora, allen andern Verpfändungen, so nicht vor dem Rathē beschehen, und eingeschrieben, vorgezogen werden: Verum etiam insuper omnibus omnino privilegiatis creditis, quae a Doctoribus classi primae & secundae adscribi solent, veluti a sumptibus funebribus, usque ad pecuniam, pro' emtione rei immobilis creditam, simpliciter anteponantur. Quod, licet articuli verba tantum de praelatione derer übrigen Verpfändungen loquantur, ex eo tamen secure ad modo dictam praelationem concludendum est, quia non solum ipse ordo, vi cuius omnium primi locum tribuerunt his creditis Legislatores <sup>n)</sup>, sed & verba initialia in sequentis proxime articuli: Nächst diesen <sup>o)</sup> hanc interpretationem suadent atque requirunt. Adduxit huius plane insignioris, a Jure Lubecensi tam longe diversae praerogativaे dispositionem MEVIVS <sup>p)</sup> & ex eo LVDOVICI <sup>p)</sup>, ad quos Lectorem brevitatis studio remittimus.

### §. III.

<sup>l)</sup> conf. P. II. Stat. T. VIII. a. 6. STRTK. usf. Mod. tir. de Act. Emt.  
Vend. §. 6. in fin.

<sup>m)</sup> Quae suo etiam ordini, Jure Communi ipsis constituto, relinquuntur  
art. 12.

<sup>n)</sup> arg. l. 34. ff. de Usufr. Alios textus et Dd. huc pertinentes alleg.  
v. ap. MEV. ad Jus Lub. L. III. T. I. a. n. 29.30.31.

<sup>o)</sup> L. III. T. I. a. 12. n. 64.

<sup>p)</sup> c. l. §. 54.

## §. III.

*Secunda in Creditorum mer-  
cium, quae adhuc in bonis  
fugitivi debito-  
ris extant.*

Credita publica, Magistratus auctoritate & insinuatione roborata, ordine naturali excipiunt impensae in funus & ultimum morbum factae, art. 2. Non immorabitur quaestionibus, quae circa easdem ab Auctoribus ventilari, nec raro diversimode decidi solent, ex quibus digniores exhibuit LUDOVICI q). Id tantum in transitu notamus, inhaerere hac in re statutum nostrum Juri & praxi communi, impensas funebres famulorum mercedi praferenti; fecus, ac Jure Saxonico r) vel Lubencensi s) introductum legimus. At vero has impensas regulariter alias sequi mercedes famulorum, adeo expeditum est, ut nulla indigere probatione existimemus. Eo ipso igitur nova se prodit, eaque secunda statuti nostri a Jure communi notatu digna differentia. Istud enim duo adhuc credita dictis impensis immediate subnecavit, adeoque mercedibus praefert, nimirum merces creditas & in bonis fugitivi debitoris adhuc extantes; Deinde etiam pensionem pro re immobili locata debitam. De illis ut prius verba faciamus, ordo ipse postulat. Videlicet

q) v. g. an sumtus funebres etiam ex feudo solvendi? An dispositioni ultimae voluntatis a debitore factae, de pompa funebri curanda, sit inhaerendum in praecuditum Creditorum? An inter has impensas etiam connumerari debeant funera eorum, quos lege necessitatis efferendos curare debebat debitor, v. g. Lib. Uxor. &c. vid. LVD. c. l. §. 12. sq.

r) P. I. C. 28. verba: Dass vor allen andern Schulden erstlich bezahlt werden sollen das Liedlohn / was auf des verstorbenen Schuldners Begegniss &c. aufgewandt.

s) L. III. T. I. a. II. Ein Jahr Dienstlohn &c. also auch Debitoris Unfall zu den Begegnissen / doch nicht über 40. Mark. conf. ibi CARPOV. d. 39. sq. hic MEV. n. 51. sq.

delicet sicut nobis articulo tertio creditor, qui, inscius, tam grandi aere alieno pressum esse debitorem, huic merces vendidit tradiditque; adeoque in tali ignorantia, respectu conditionis mercatorum, saepe invincibili constitutus, fidem de pretio simpliciter habuit debitori <sup>t).</sup> Non ergo hic sermo est de Creditore, qui fidem non habuit de pretio, sondern selbige nur blos auf Commission, oder in Hoffnung schleunigster Bezahlung hingegeben; neque etiam de eo, qui quidem vendidit auf Borg, dominium vero eo usque sibi reservavit, donec ex ase satisfactum: Eiusmodi enim Creditoribus Jura in Concursu, privilegiatum locum inter rerum Dominos, assignasse patet ex CARPZOVIO, ANT. A MARA, RICHTERO, aliisque allegatis apud BRVNNEMANVM <sup>u)</sup> atque LVDOVICI <sup>v).</sup> Loquitur ergo Articulus de tali Creditore, qui adductis cautelis prorsus sibi non prospexit, sed tantummodo ex mero Contractu, adeoque personaliter, uti loquuntur, obligatum habet debitorem; ad istud creditum tamen ab ipso debitore NB. *dolose* inductus fuit <sup>y).</sup> Si nullo inductus dolo, quem locum in Concursu Creditorum ex Jure communi & nostro obtineat, facile erit divinatu <sup>z).</sup> Ultimum scilicet occupat scabies. Inter Chirographarios nudos connumerandus erit, quos frequentissime nespes quidem, suum obtinendi, alere potest. Sed hic dum supponitur Creditor, inductus dolo tali, qui causam fi-

D dei

<sup>t)</sup> Nota verba articuli: Auf guten Glauben,

<sup>u)</sup> De Proc. Conc. Cred. c. 5. §. 7.

<sup>x)</sup> c. 1. C. 9. §. 3.

<sup>y)</sup> Verba art. Und zu banquerottiren Fürhabens und also gefährlicher Weise handelt.

<sup>z)</sup> vid. omnino CARPZ. P. I. C. 28. d. 17.

dei habitae dedit, quaestio oritur, quem locum ipsi Jura communia assignaverint, in Concursu? Jus Justinianeum directo nihil disponuit, & inter Doctores Practicos non adeo unanimis huius rei sententia deprehenditur. ERVNNEMANVS a) statim ab initio inter rerum Dominos, adeoque, ex sua hypothesi, in primam classem collocat eum, qui fraude emtoris ad vendendum inductus fuerat, adeo, ut rem extantem non solum ab ipso emtore, verum etiam a tertio quocunque possessore vindicare queat. CARPZOIVS b) ipsi non quidem aequalem cum BRVNNEMANNO praelationem concessit; At ut inter Chirographarios eiusmodi venditores numerarentur, iniquum ipsi videbatur. Mediam igitur elegit viam, iisdemque proximum ante Hypothecarios, vel si mavis, inter classem secundam & tertiam locum assignavit, secutus MOLINAEVM, BEVTERVM & BERLICHIVM, quos apud eum citatos reperies. Hic media rursus incessit via Statutum nostrum, eosdemque inter impensas funebres, mercedesque famulorum, satis congruo loco, poni curavit, cum rei existentia, fraudulenter quasi ablatae, plus iuris, quam aliud privilegium venditori, cui nondum satisfactum est, tribuat.

## §. IV.

Pergimus Tertio ad Locatorem rerum immobilium, qui, uti iam diximus, una cum venditore dolose inducto, mercedibus famulorum ex nostro Statuto, praelatus fuit. Jus Commune in rebus inventis, & in praedium illatis, tacitam locatoribus concessit Hypothecam, ratione scilicet mercedis, iusto tempore a Conductore non solutae.

No-

a) c. l. c. 5. §. 7. ibique STRTK.

b) P. I. C. 23. d. 18.

Notanda tamen venit quam maxime differentia, quae de Jure Civili obtinet, ratione praediorum rusticorum & urbanorum. In haec enim res invectae & illatae, pro mercede, tacite sunt obligatae <sup>c)</sup>, pro pensione autem praedii rustici, in fructibus quidem, quae ibi nascuntur, non autem in illatis, nisi ex praevia conventione, Hypothecam habet locator <sup>d)</sup>. Aliter se res habet Jure Lubecensi <sup>e)</sup>. Ibi non modo nulla habetur urbani atque rustici praedii differentia, sed locator omnibus etiam Creditribus praefertur, vel Hypothecam anteriorem, vel etiam certo respectu Jus praelationis (uti mercedes famulorum) habentibus, cum hac tamen privilegii restrictione, ut unius tantum anni merces, ein Jahr Heure, ibi solvatur. Ex quo facili negotio inferendum esse censemus, quod, si plurium annorum residuae existenterint mercedes, ad Hypothecarios, quibus tacita constituta est Hypotheca, aut ad tertiam, si ita dicere lubet, Hypothecariorum classem, locator sit reiiciendus. Recedit a Jure Lubecensi, modo adducto, Ius Patrium Art. 4. dicti tit. in eo, quod, cum illud ad unius anni mercedem restringat Locatoris privilegium, certe ex huius dispositione id multo latius extendatur, dum ad omnium annorum residuas mercedes constituit Hypothecae securitatem, praelationisque privilegium concessit. Conspirant tamen utraque non solum, quod ubivis omnis urbani atque rustici praedii differentia prouersus sublata fuerit, sed etiam, quod famulorum

D 2

rum

c) I. 2. 4. 6. ff. in quib. caus. pign.

d) I. 7. ff. in quib. caus. pign. I. §. C. de loc. cond. conf. NEGVZANT.  
de Pignorib. et Hypothec. P. II. Membr. IV. n. 145.

e) P. III. T. I. a. II. ibique MEV. n. 51. sqq.

rum mercedes rerum immobilium quorumcunque f) locatoribus fuerunt postpositae ; id quod videre est ex ipso Ordine, cui strictissime inhaerendum.

## §. V.

Quarta in illo,  
qui debitori  
unius anni  
alimenta  
praestitit.

Sequitur *quarto* ille , qui unius anni alimenta credit, quique ex Statuti nostri praescripto statim post famulorum mercedes in concursu collocatur , insignique privilegio gaudet. Audivimus antecedente §, Statutum nostrum mercedis privilegium pro locatione rerum immobilium, quod Jure Lubecensi restrictum erat ad unum tantummodo annum , extendisse ad omnium annorum mercedes. At hic mirifice conspirant utraque Jura. Lubecense sese exprimit verbis : Ein Jahr Kost & Geld ; Nostrum : vor ein Jahr Kost und Bier soll ein Wirth wegen seines Gastes &c. den Vorzug haben. Dubium hic prius removendum , quod MEVIVS jam movit , & facilius ex nostro Statuto , quam ex Jure Lubecensi, cuiquam oriiri posset. Videlicet quaeritur, an ob ita verba : Wirth & Kost & Geld , hoc privilegium sit strictius interpretandum de alimentis , ab iis hospitibus erogatis , qui tabernas , cauponas & diversoria publica habent, an vero latius de omnibus , qui hospitium praebent viatumque. Reete jam respondit idem MEVIVS , g) posteriorem interpretationem

f) Licet enim in dicto art. Statuti nostri exprimantur Haß / Schiff / Keller / adeoque nominatum magis urbana prædia, quam rustica; attamen sequentia verba: über anders dergleichen / docent, nullam hic locum habere restrictionem , quod et MEVIVS ita interpretatur c. l. n. §4.

g) ad Jus Lub. c. l. n. 80.

nem magis esse convenientem , cui asserto rationem addimus , quae fere ubivis in ejusmodi causis valet ; Scilicet non ad personae favorem jura respexisse praesumendum , sed potius ipsius causae , h. e. alimentationis , quae sane ad omnes omnino quadrat , licet non sint caupones . Sed de ipsa huius alimentationis praelatione in concursu dicendum . Jure quidem communi , quantus alimentorum favor sit , dici nequit , cum & inter pias causas b) eandem referre non dubitaverint jura . Neque tamen istud ubique extra tertium est extendendum . Nam in concursu creditorum , licet liberi debitoris alimenta petant , & ad piam causam adeo provocent , nihilominus omnibus , etiam chirographariis postponendi sunt , quod latius deduxit CARPOZIVS i) contra ANT. FABRVM k) . Sed hic non est quaestio de liberis debitoris , post motum concursum alendis , sed de ipsius debitoris alimentis , quae ante motum concursum jam consumserat . De his Jus Commune disponit , ut instar piae causae ita privilegiata habeantur , quo omnibus Chirographariis anteferantur , & secundum communem hypothesin , in quarta classe collocentur , quo etiam collimat commune proverbium : Gahr - Rist geht vor andere Schulden l) . Quilibet iam facile deprehender , maximopere differre tam

D 3

Jus

b) SVRDVS Tr. de Aliment. tit. 8. Qu. 50. 51.

i) P. I. C. 28. d. 157.

k) in Cod. Lib. IV. tit. 9. d. 2. n. 29.

l) LVDOV. c. X. §. 57. 60. 61. CARPZ. P. I. c. 28. d. 152. ibique alleg. BERLICH. et COLER. MEV. c. I. n. 77. sqq. Add. tamen Jus Lubeicense art. 12. ubi pia causa praefertur Hypothecariis.

Jus Lubecense <sup>m</sup>), quam nostrum Statutum A. 6. quando statim post famulorum mercedes huic unius anni alimentationi locum tribuunt, adeoque non solum Chirographariis, sed etiam Hypothecariis omnibus, imo &c, quod magis est, illis eandem praefuerunt Creditoribus, quibus communis opinio secundam Creditorum classem assignavit. Nam sequens Art. 7. Statuti eos demum in Ordine recenset, qui ad rem immobilem pecuniam crediderunt, reservata sibi Hypotheca, de quorum Ordine in Concursu vid. latius LVDOVICI <sup>n</sup>), ad quem lectorem brevitatis gratia remittimus. Ceterum de hac re sermo iniiciendus erit in Dissertatione nostra inaugurali Sect. II. §. 3.

### §. VI.

Progredimur ad *quintam* differentiam, quae spectatur in praerogativa, mercedibus opificum, seu operariorum, qui ad necessariam exstructionem vel refectionem aedium, navium, aliarumque rerum immobilium <sup>o</sup>), operas suas locarunt, ex nostro Statuto concessa Art. 9. dict. Tit. V. De mercedibus famulorum hinc inde quaedam monere, ordo tradendorum postulabat, idcirco non necessarium duci-

*Quinta in Loca-  
toribus opera-  
rum ad exstruc-  
endas vel refi-  
ciendas aedes,  
naves &c.*

<sup>m</sup>) Ergo non videmus, cur MEV. c. 1. n. 77. Jus Lubecense parum differre a Jure Comm. afferat, cum tamen illud, quod in classe quarta est, Jure Lubecensi referatur ad classem primam; Loquimur ex Hypothesi Dd. communi.

<sup>n</sup>) l. c. §. 45.

<sup>o</sup>) Quod ex verbis: Zu nothwendiger Erbauung und Reparirung des Schuldeners Hauss / Schiffes / oder dergleichen angewandt / tuto concludimus. conf. huj. Sect. §. 4. Sutores vero, Sartores, Pistores, Barbitonsores, et his similes huc non pertinent. conf. MEV. c. l. n. 64.

ducimus altius eadem repetere. Neque etiam ignorant, concursus materia vel leviter tinti, insignem praerogativam praxi generali iisdem attributam. De qua re evolvendi sunt MEVIVS p) LVDOVICI q), aliique. Verum qualscunque sit ista praerogativa, nihilominus ad eos tantum pertinet, qui in domo, convictu, familiaque sunt debitoris, quales sunt die Haus Knecht, Dienstboten r). Ex quo consequitur, eos operarios, fabros quoscunque, extra familiam constitutos, ideo ad numerum Chirographariorum redigendos esse, quia ex contractu solum obligatum habent debitorem. Nec distinguendum est inter opifices, qui ex materia domini res conficiunt, & qui ex suis rebus operisque laborant s). Quid igitur nostrum Statutum in hac re disposuerit, in aprico est, & non sine nota singularioris differentiae adduci meretur. Videlicet tantum abest, ut eiusmodi opifices, qui saepe de pane solum quotidiano quaerendo operas suas locant, inter nudos chirographarios, consequenter extra omnem spem, suum consequendi ponit patiatur, ut potius locum iis concederit, ippos Hypothecarios longe antecedentem. Neque sine causa hanc dispositionem aequam dixit, quod per verba: *Der Vorzug billig gegönnet werden, indigitatur dicto*

p) P. III. T. I. a. II. n. 56. seqq.

q) c. l. c. X. §. 16. add. MARTINI Ord. Proc. Sax. T. XLII. §. 5. n. 23.  
BRVNNEM. c. V. §. 16.

r) CARPZ. P. I. c. 28. d. 25. MEV. c. I. n. 62. 63.

s) vid. omnino MEV. c. I. n. 67. et 68. ubi adducit Statutum Francofurtense P. I. Tit. von dem Vorgang der Creditorum 49. verba: Und sollen aber die jünftigen Handwerks-Leute / obwohl die / auch zum Theil so viel / als zum Taglohn arbeiten / hierunter nicht gemeint noch begriffen seyn.

dicto A. 9. Et facili negotio defendi poterit haec dispositio triplici ratione. Prima earundem est, ne urbs ruinis deterioretur, & ut eiusdem splendor, salvis aedificiis, salvus conservetur, quaeratio ad verbum, Haß, quadrat. Deinde alteram suppeditavit Statutum per vocabulum, Schiff, scil. in favorem rei mercatoriae introductam esse hanc praelationem plane singularem, ne per contrariam legem deterrerentur opifices ad conficienda ea, quae ad rem navigatoriam pertinent, & sic per bonam consequentiam salus mercaturae iacturam pateretur. Non levioris momenti est tertia, quam nobis suggestit ANT. A MARA <sup>t</sup>), concludendi ratio: *Quis enim improbabit argumentum desumptum ab iis, qui pecunias ad emendas reficiendasque aedes crediderunt, ad nostros operarios, quia, dum sua opera anteriorum Hypothecas salvas fecere operarii, quidni etiam privilegium praelationis ob hanc caufam a lege <sup>u</sup>) promiserentur?*

### §. VII.

*Sexta in uxore,  
ratione dotis  
illatae.*

Notatu dignissimae sextae differentiae, quae in Ordoine Creditorum ex Statuto patriae sese offert, ultimum reservavimus tractationis nostrae locum, nimirum ad emptioni privilegii iustius eminentis, uxoribus, ratione rei dotalis in salvo constituerdae, Lege alias dati. Diximus privilegium hocce non sine ratione eminentis, cum, licet alia Jura fragilitati & imbecillitati sexus sequioris multum indulserint, favoresque ejusdem, quantum fieri potuit, extenderint, attamen doti eiusdemque securitati

<sup>t</sup>) L. II. Tit. §. n. 2. saepe cit. Tr. de Conc. Cred.

<sup>u</sup>) L. §. 6. ff. qui pot. in pign.

tati, ante Justiniani Imperatoris dispositionem, tam solen- Favor Justiniani  
in concedendis  
sexui muliebri  
privilegiis.  
niter tamque favorabiliter prospectum fuisse, vix ullibi in-  
veniatur. In genere inficias ire non possumus, praedi-

etum Imperatorem, tam multa ac prorsus eximia benefi-  
cia contulisse sexui muliebri, ut non imerito GROTIUS <sup>x)</sup>,  
HOTOMANNVS <sup>y)</sup>, aliquae eruditissimi viri eo adduci  
se passi fuerint, ut crederent, Justinianum Theodorae suae  
nimiam in rebus Imperii potestatem, quae sepe & ad Le-  
gislationem, frequentemque Legum mutationem <sup>z)</sup>  
extenderet, concessisse. Quod eo facilius ex denomina-  
tione conicitur, qua uxorem suam insignivit Imperator <sup>a)</sup>,  
quando eam *participem Consilii*, *a Deo datam*, NB. re-  
verendissimam coniugem appellat; fere eodem modo, quem  
de Burchardo Comite Mansfeldiaco refert sincerus Ger-  
manus a LAPIDE <sup>b)</sup>, quod in tabulis publicis Anno 1330.  
hoc procemio usus sit: *Wit Burchard, Graf zu Mansfeld,*  
*mit Vorworten unsrer bettgenossen Frau Liebden.* Ita v. c.  
taxatur nimius Justiniani favor in mulieres, quod incar-  
cerari eas prohibuerat <sup>c)</sup>; Ita legem un. C. de SCto Clau-  
diano tollendo parum prudentem dicit CVIACIVS <sup>d)</sup>, si-

E qui-

x) In spars. florib. ad Jus Just. et alibi passim.

y) In Anti-Triboniano et in vita Justiniani.

z) GROTIUS, nusquam, inquit, verius, quam tunc quidem fuisse illud  
Virgilii: *Fixit leges pretio atque refixit.* Conf. LUDOVICI  
in Diff. de JCto, sine lege loquente.

a) Nov. 8. cap. 1.

b) In Merc. Germ. cit. ap. LUDOV. cit. Diff. §. 2.

c) Nov. 134. c. 6.

d) Obs. 16. L. XXI. add. HEIN. in Antiquit. ad Tit. Inst. de Cap.  
Dim. §. 8. Eandem forsitan censuram merentur L. 23. C. de nupt.  
L. 5. C. ad SCtum Orphit.

quidem ingenuis mulieribus viam eo ipso ad impares & impudicas coniunctiones patefecerit ; & quae sunt similia. Forsan & ob istud privilegium solemnius, quod in l. 12. C. qui pot. in pign. dotibus mulierum dedit Iustinianus, uxoris ans appellari meretur : Certe rationes eius ineptas dixit BACHOVIVS e). Quicquid huius sit, nos non ulterius de lege ista, sed secundum eam iudicare volamus, in qua omnino clarissime dispositum deprehendimus, quod uxores, (sive liberos habeant, sive non) pro dote illata, non solum tacitam habeant in bonis mariti Hypothecam, sed etiam tale insimul privilegium personale, ut huius respectu, in Concurso Creditorum omnibus reliquis Hypothecariis, anterioribus sive tacitam, sive expressam habentibus hypothecam, anteferri debeant : „Quis enim, inquit Imperator, earum non misereatur propter obsequia, quae maritis praestant, propter partus periculum, & ipsam liberorum procreationem, pro quibus multa nostris Legibus inventa sunt privilegia f)

### §. VIII.

Locus quem Jus Commune doti assignat, paulo ambiguis ob Doctorum & post fiscum ratione debiti primipilaris g), vel, si dissensum,

In Concurso igitur Creditorum, ex mente Imperatoris, uxorum dotes illatae statim post ea credita collocantur, quae ad consequendam militiam, &c. data, & post fiscum ratione debiti primipilaris g), vel, si ma-

e) Tr. de Pign. L. IV. c. 12. in pr.

f) Conf. etiam L. un. C. de R. U. A. §. 29. Inst. de Action. L. fin. C. de pact. Conv. Nov. 109. c. 1. l. 30. de Jur. Dot. Nov. 97. c. 2. 3. add. l. 1. ff. foliat. matr.

g) conf. ANT. A MARA L. II. T. 3. §. 2. seqq. LV D. in Conc. Proc. c. l. §. 30. et 31.

vis, in secunda classe eorum Dd., qui V. Classes constituunt. Hæc res adeo indubitate Juris est, ut mirandum sit, cur multi interpretes, (quibus id in primis durum atque ini- quum videbatur, quod dos non solum anterioribus tacitis, sed etiam NB. expressis præferretur, quo ipso alterius Jus jam quaesitum merito factò contrario inverte- retur, dotique faveretur ita, ut alteri injuria inferatur b), istam constitutionem Justinianeam hodie usu abrogatam dicere ausi fuerint; ex quibus præcipuos adducere lu- bet, ANT. FABRVM, <sup>a</sup> & MOLLERVM <sup>b</sup>). Sane de nullius partis Juris Justinianei in fora nostra receptio- ne minus dubitandum, quam de dote atque testamen- tis; quæ duo a Germanis, præcipue, quoad formam, diu ante receptionem Juris Justinianei in subsidium, strenue ignorata fuisse, facile uberior probare possemus, si id temporis, spatii, argumentique nostriratio pateretur. Nos igitur, in defectu specialiorum consuetudinum at- que statutorum, ubivis in dicta L. 12. ejusque funda- mento pro privilegio dotis insigniori, subsistendum esse, eo minus dubitamus, quo certius constat, in dubio se- ptēm testes testamento condendo esse adhibendos,

E 2

quan-

b) cap. II. X. de for. comp. l. 2. ff. ne quid ia loc. publ. l. 2. C. de prec. Imp. off. l. 12. in fin. ff. ad SCtum Treb.

i) In Cod. L. IV. Tit. 8.

k) Cit. ap. CARPZ. P. I. c. 28. d. 65. n. 10-14. ubi, vereor ergo, inquit, ne fæctioni Imperatoriae in d. l. 12. inhærentes, ab aequitate pariter ac obſeruantia divortium faciamus, cum tamen ea, quae ante obſeruata fuerunt, studioſe tenenda sint. l. 3. C. de aedif. priv. Hos alios- que prolixe refutatos vid. ap. ANT. A MARA. c. l. n. 15. seqq. Ceterum qui Catalogum Dd. qui pro praxi l. 12. cit. pugnant, legere cupit, adeat Mart. O. P. S. Tit. XLIII. a. 1. n. 39.

quanquam in multis locis hoc requisitum per statuta & consuetudines iunctum fuerit. Sic quamvis CARPZO-  
VIVS <sup>1)</sup> contra Imperatoris Justiniani sanctionem, vi cuius  
dos etiam *expressam* anteriorem hypothecam haben-  
tibus creditoribus præfertur, communem fere ubique  
terrarum receptam esse opinionem afferat; falsitas ta-  
men hujus asserti facile evinci potest ex praxi variorum  
locorum & Judiciorum, Juris Justinianei dispositioni stri-  
ctissime inhaerentium. De Marchionatu Brandenbur-  
gico certiores nos reddit PRVRMANNVS <sup>m)</sup>. De ea-  
dem Praxi Lübecensis Reipublicae auctor est MEVIVS <sup>n)</sup>;  
de Bremensi, Uratslavensi & Francofurtensi idem dicit  
MARTINI <sup>o)</sup>. Et licet CARPZOVIVS <sup>p)</sup> asseveret, a  
sua sententia, quod nimirum dos tantummodo anterio-  
ribus *tacitus*, non vero *expressis* præferatur in Concursu,  
in Camera Imperiali nunquam fuisse recessum, au-  
toritate GAILII <sup>q)</sup> fretus; contrarium tamen ex MYNSINGERO  
<sup>r)</sup>, non minoris in causis Cameralibus au<sup>t</sup>oritatis & fi-  
dei viro, probant MARTINI <sup>s)</sup> & MEVIVS <sup>t)</sup>.

## §. IX.

<sup>1)</sup> c. l. d. 64. 65. 66.<sup>m)</sup> Vol. 1. Conf. 47. n. 119.<sup>n)</sup> L. III. T. I. a. 9. n. 51. adhibita tamen aliqua distinctione inter mulie-  
rem improlem, et quae liberos habet. M E V. c. l. a. 10. n. 81.  
LVDOV. Pr. Conc. c. 1. §. 41.<sup>o)</sup> c. l. n. 40-44.<sup>p)</sup> c. l. d. 65. n. 14.<sup>q)</sup> L. II. Obs. 25. n. 10. cui et LVDOVICI insit c. l. §. 31.<sup>r)</sup> Cent. IV. Obs. 13. Cent. VI. Obs. 45. n. 1.<sup>s)</sup> c. l. n. 44.<sup>t)</sup> c. l. a. 9. n. 51.

## §. IX.

Ceterum id CARPZOVIO , omnibusque , qui cum illo faciunt , facile largimur , non solum de Jure Saxonico <sup>u)</sup> rem expeditam esse , quod uxor , ratione dotis , non nisi Hypothecis *tacitis* anterioribus , neutiquam anterioribus *expressis* p<sup>r</sup>aeferatur , ea que in re cum Jure Saxonico conspirare Ordinationes processuales , & Statuta alia , uti Magdeburgens. , Würtembergens. , Lusat. <sup>x)</sup> imprimis etiam Norica<sup>y)</sup> ; Verum etiam recte paululum durius , multisque aliis Creditoribus damnosum odiosumque dici istud , mulieribus a Justiniano datum privilegium . Quapropter non possumus non laudibus extollere providentiam nostrorum legislatorum , insimulque singularissimam hac in re dispositionem admirari . Tantum enim abest , ut nostro ex Statuto , uxor , ratione dotis illatae , prærogativam præ creditoribus , antiquiores hypothecas expressas habentibus , in concursu consequeretur , ut potius non solum omni privilegio , & circa anteriores tacitas , privaretur ; Verum etiam ad æs alienum , durante matrimonio contractum , creditoribus mariti exsolvendum damnaretur , dosque , & alia quaecunque uxoris bona , haeredita-

E 3

Statutum mulieribus hoc privilegium in totum ademit.

<sup>u)</sup> dict. Conf. 28. O. P. S. a. 43. §. 1. verb. Dass sie damit denen Blanken/ die vor ihnen stillschweigende Verpfändung erlanget / aber gleichwohl nicht denjenigen / die zuvor ausdrücklich Pfandrecht haben / vorgehen.

<sup>x)</sup> v. MARTINI c. l. n. 52. seqq. LVDOV. c. l. §. 37.

<sup>y)</sup> Tit. 22. leg. 2. §. Wo aber jemand zuvor ic. De singulari hujus rei praxi regni Bohem. v. MARTINI c. l. n. 68.

reditario Iure acquisita, (exceptis iis, quae post fugam aut obitum obærati mariti ad eam pervenerunt) eo nomine obligata pronunciarentur. Idque unice in favorem commerciorum, & ad promovendam salutem publicam fidemque inter mercatores; cuius generis Statuta, scilicet, quod mulier ex debito mariti obligetur, frequentia esse in emporiis urbibusque maritimis, testantur ex PAVLO BVSIO, CARPZOVIO & COLERO LAVTERBACHIVS z.) & MARTINI a), qui imprimis etiam nostri Statuti singularia, quoad dotis privilegium admittunt, cum MEVIO b), LVDOVICI c) aliisque mirati nos movent, ut ipsa articuli X. verba, quorum singula pondere suo gaudent, huc inseramus, cum iis labori nostro colophonem imposituri: Wiewol nach gemeinen beschriebenen Kaiserlichen Rechten, die Ehe-Frau ihres eingebrochenen Braut-Schatzes wegen, und daher rührenden stillschweigenden Verpfändung, in ihres Mannes Gütern, vor allen andern Creditoren, ob die gleich ältere stillschweinende (cum CARPZOVIO loqui videntur Conditores) Verpfändungen hätten, vorgezogen werden: So wollen wir doch, zu Handhabung gemeinses Nutzens / Trauens und Glaubens/ und zu Beförderung der Handthierung / auch weil hiebevor in dieser Stadt üblich also gehalten worden, hiemit verordnet haben, daß die Frauen ihres eingebrochenen Braut - Schatzes halben, in ihres Mannes Schulden, so in stehender Ehe gemacht, nicht allein keinen Vor-

z) in Diff. quam defendit DN. BLOCK, de Jur. Civ. et Can. cum Hamburg. Statutis differentiis principibus. §. 57.

a) c. l. n. 69, 70.

b) L. III. T. I. a, 10. n. 31, §2.

c) c. l. §. 40.

Vorzug haben, sondern auch derselbe Braut-Schätz / wie dann ingleichen alle andere ihre, in stehender Ehe angeerbte Güter / vor ihres Mannes Schulden gänzlich hassen und gehalten seyn sollen. Was ihr aber nach ihres Mannes Tode, oder auch, nachdem derselbe entwichen, stirbet, dessen hat sie billich, samt ihren Kindern, zu geniesen, und haben ihres Mannes Creditores keine Forderung oder Zuschriuch daran, es sei denn, daß sie sich anders ver-

schrieben.

# FINIS.





**ULB Halle**  
005 028 493

3



*Sb*

*1878 Oct 12*







D. B. V. G. 37. num. 23.  
DE 1726/4 4

RDINE  
NDAM CREDI-  
I PECVLIARI  
IN  
NCVRSV  
TWT. HAMBVRG.  
RT. II. TIT. V.  
AGNIFICI  
VM ORDINIS  
INDVLTV  
ATQVE SOLEMNITER  
SPVTABVNT  
IDERICVS DEINLINVS  
ET JVR. DOCTOR  
ET  
CORDES, HAMBVRG.  
V. CAND.  
III. MAJI MDCCXXVI.  
ALTORFII  
AGNI DANIELIS MEYERI.

